AD

VIRVM MAXIME REVERENDVM
DOCTISSIMVM ET CELEBERRIMVM

MARTINVM GRVLICHIVM

TORGAVIENSIS ECCLESIAE PASTOREM PRIMARIVM DIOECESEOS ANTISTITEM LONGE MERITISSIMVM LYCEIQVE INSPECTOREM GRAVISSIMVM

DE

TORGAVIENSIBVS ANTISTITIBVS

DATA EPISTOLA

QVA

FACVLTATEM DOCTORIS THEOLOGI


INSIGNIA SVSCIPIENDI ACCEPTAM


EPHORO SVO DIGNISSIMO


PIE GRATVLANTVR

MINISTRI VERBI DIVINI IN DIOECESI TORGAVIENSI.

VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.







Ex quo, VIR MAXIME REVERENDE, Sacris Torgauienſium et regionum finitimarum praefectus es: non potuerunt non omnes boni, et in primis nos, qui Dioeceſi TVAE ſubiecti ſumus, de TE, de TVA doctrina, deque inſignibus meritis TVIS ſpem concipere ampliſſimam. Cuius quidem documenta illuſtria, neque obſcura, in promtu erant quam plurima. Iudicium Senatus Fribergenſis, qui TE, cum antea iam muneri ſacro cum laude praefuiſſes, in urbem ſuam arceſſiuit, qui TE ad ampliorem dignitatem non ita multo poſt promouit, quique TE omnibus ornauit modis, grauiſſimum iure ſuo exiſtimabatur. Accedebat conſtans neque dubia fama de pertinaci et communi Fribergenſium amore, quo TE proſequerentur, quoque adducti TE et libenter audiuiſſent ſemper, de rebus diuinis uerba facientem, neque niſi inuiti et cum dolore TE dimitterent, et Torgauienſi concederent eccleſiae. Multum in ea opinione confirmabamur Senatus Torgauienſis ſententia, qui, poſtquam diu multumque de Antiſtite ſacrorum ſuorum deligendo deliberarat, et in hoc genere antea ſatis omnibus bonis probauerat ſuam prudentiam, TE tan-

dem unum digniſſimum iudicauit, quem ſuae praeficeret eccleſiae. Haec omnia facile ſpem nobis faciebant certiſſimam, eum nobis iam praefuturum Praeſulem, de quo nobis gratulandi plurima foret cauſa. TV uero, VIR MAXIME REVERENDE, ex quo grauiſſimo muneri admotus es, eo amore eoque ſtudio nos omnes es complexus et fouiſti, ut ſpei, de TE factae, non ſolum ſatiſfaceres abunde, ſed etiam dignitatis TVAE egregiis incrementis omnes maxime fauerent. Cum etiam merito nihil prius nihilque antiquius nobis eſſe debeat, quam religio, morumque ſanctitas et innocentia: qua gratulatione, quantoque applauſu non excepimus obſtinatum illud ſtudium TVVM, quod in morum ſeueritate hinc tuenda, illinc reſtituenda adhuc oſtendis? et quis noſtrum non magnopere delectatus eſt pio illo et ardenti feruore, quem in rerum ſacrarum diſciplina exercenda ſoles declarare? Quae cum ita eſſent, facile poteris exiſtimare, quam laeto animo, quam laetis auribus acceperimus nuntium, qui nouam dignitatis TVAE acceſſionem afferebat. Qui enim aliis parent, ſolent, neſcio quomodo, quaſi ſecum communicare eius, qui ſibi praeeſt, gloriam et laudes, ſibique ducunt honori, quando intelligunt, eum ſe uenerari, qui, uirorum ſummorum ſuffragiis, ornamentis maximis digniſſimus ſit pronuntiatus. Qua de cauſa, quoniam, quod felix fauſtumque ſit, facultatem Doctoris Theologi inſignia ſuſcipiendi Vitebergae iam accepiſti, iure uoluimus id curare, ut ſummae erga TE pietatis noſtrae monumentum aliquod extaret, TIBIque Honores Theologi Summos religioſe gratulari. Dabis autem ueniam, ut, qui ſuae in TE uoluntatis interpres delectus eſt, ſeculi ſequatur morem, et, quam ad inſtitutum ſuum propius accedat, antea de argumento quopiam, TE fortaſſe non indigno, exponat. Ecquod autem inſtituto huic ſit accommodatius, quam quod TIBI Anteceſ-

fores TVOS reuocet in memoriam. Eſt enim non parua laus, eorum tueri locum, qui ipſi quoque plurimam adepti ſunt gloriam. Quocirca, quemadmodum priſci Romani in ueſtibulis imagines maiorum ſuorum illuſtres ingredientium oculis ſolebant exponere: ita dabitur opera, ut, quantum pagellarum harum anguſtia temporumque antecedentium permittet obſcuritas uel negligentia, conſpectus omnium illarum imaginum ſimul oculis TVIS ſubiiciatur, quas idem Antiſtitis ſacrorum Torgauienſium ſummi locus, quem iam tenes, ante TE ornauit. Audias itaque beneuole de prioribus Praeſulibus diſſerentem.

Ius uocandi Paſtorem eccleſiae Torgauienſis, ne plane uetera omittam, antiquitus fuit penes Principem, donec Henricus *illuſtris* Marchio Miſniae, A. O. R. ∞ CC XXXXIII illud concederet monaſterio Nimcenſi (a). Hac ratione Paſtores conſtitutos reperio fuiſſe A. C. CIↃ CCCC LXXX Ambroſium Lehmannum (b), A. C. CIↃ CCCC LXXXXIII D. Nicolaum Schreiterum (c), A. C. CIↃ IↃ I Nicolaum Freundium (d), A. C. CIↃ IↃ VIII Koberum quendam, hoc anno mortuum (e), et Paulum Niemannum Archipreſbyterum, A. C. CIↃ IↃ XV mortuum poſt nouuem annos: Si modo Archipresbyter non ſit diſtinguendus a Paſtore eccleſiae, quod tamen omnino uidetur. Nam Archipresby-

 ter

(a) Heinrich der erleuchtete, Marggraf zu Meissen schenckte 1243. zum Kloster Nimtzschen das Ius Patronatus von den Pfarrherrn und Kirchen zu Weienia, Torgau und Belgern nebst dem Dorfe Pelwitz. Vid. Horns Hand-Bibliothec p. 860.

(b) Id quidem demonſtrat Mich. Boiemus, ſ. Böhmius in Chron. MSC. Torg. ex notiſſimo legato in uſum templi Mariani à Brigitta Sonnewaldia conſtituto ad annum 1580.

(c) Id patet ex Electoris Pr. Friderici Sapientis teſtamento ſepulturae cauſa facto, ſi forte in itinere in Palaeſtinam inſtituto moreretur, cui D. Nicol. Schreiterus, Paſtor Torgauienſis ſubſcripſit teſtis, apud Boiemum ad annum 1493.

(d) Ita nomen eius ſcribit Boiemus, alii ſcribunt Pfreundium.

(e) Ita idem Boiemus ad h. a.

ter uidetur uocatus esse a senatu, (f) cum contra Pastorem nominare esset, ut dixi, monalium Nimcensium. Deinde Paulus Moerius Pastor ecclesiae A· C· CIↃ IↃ XXIII. mortuus esse legitur, quo Niemannus adhuc uixit. Debeo utrumque et hunc et illum diligentiae et humanitati M. Godofredi Krudthofii, Mesodiaconi Torgauiensis, quem honoris loco nomino, cuiusque doctrinae, in hoc rerum genere satis celebratae, etiam multa refero accepta, quae postea, et praesertim in uita Didymi, sequentur. Hic enim, sacrorum emendatione facta, primus est Antistitum Torgauiensium, qui Pastorum priorum in locum succeſſere, quorumque seriem enarrare exordior. Hic GABRIEL DIDYMVS, cuius uita nuper (g) prodiit in lucem, natus est in ualle Ioachimica A· C· CIↃ CCCCLXXVII. Literis dedit operam Pragae, ubi monachorum Augustinianorum ordini accessit. Cum uero academia Vitebergensis institueretur, statim illuc concessit A. C. ∞ IↃ II. post decennium magister artium liberalium (h), et anno sequenti sacerdos creatus. Cum uero A· C· ∞IↃXXI in Augustinianorum conuentu ex uerbi diuini praeceptis decerneretur, ut liberum esset monachis, uel in monasteriis commorari, uel eadem deserere, in primis fuit, qui deponerent (i) cucullum, quod uim ueritatis euangeli-

(f) Niemannum hoc sacerdotium debuisse senatus beneuolentiae, exinde colligo, quia 1502. tale munus sacrum a senatu petiit, his uerbis Boiemo id testante: Dieser Zeit ist Stadtschreiber gewesen Paulus Niemann, der wollen Priesterliche Würdigkeit an sich nehmen, und um ein Lehn vom Rath gebethen, denn er gesehen, daß die Schreiberey nicht mehr so viel getragen als die Priesterschaft.

(g) Versuch zur sufficienten Nachricht von Gabriel Didymi fatalen Leben, ans Licht gestellet, von M· Joh. Georg. Teruen, Diener am Worte GOttes zu Königshofen. Leipzig 1737. in 8.

(h) Sic Ternius l. c. §. 6. testatur: In den Vniuersitäts-Matriculen zu Wittenberg findet man Nachricht, daß er 1512. Magister, und 1513. Ordens-Priester worden, und zwar so, daß ihm D· Carlstadt, und Philippus Melanchthon selber examiniret. Sed tempora contradicunt. Nam illis annis Philippus Melanchthon nondum fuit Vitebergae.

(i) Confer Luther. T. I. Lat. Vit. fo'.

gelicae, a B. Luthero illuſtratae, facile ſentiret. Prouti uero ſunt ingenia humana, ut fere modum excedant: ita etiam Didymus noſter, ingenii feruore abreptus, nimiſque ceremoniis Pontificiorum infeſtus, non ita multo poſt, abſente Luthero et in Pathmo ſuo latente, ſe adiunxit Carlſtadio, turbas Vitebergae propter templorum imagines excitanti (k). Quo in genere eo magis peccauit, quod loco Lutheri facultas orationes ſacras habendi Vitebergae (l) conceſſa ei fuerat, occaſionem hoc modo nacto tumultuoſius concionandi. Sed bene factum, quod, Luthero Vitebergam redeunte, eius admonitioni ſtatim locum daret, corrigens errorem (m). Qua de re Megalander noſter ipſum quoque non indignum exiſtimauit, qui Euangelii doctrinam orationibus ſacris propagaret Dübenae, Annaebergae, et Zwiccauiae. Quinimo, cum Senatus Altenburgenſis doctorem Euangelii peteret A. C ∞ I Ɔ XXII, Didymum noſtrum ita eidem commendauit, ut, illo docente, ne quidem ſe ipſum deſideratum iri, affirmaret (n). Quamuis autem iſte pulcre partibus ſuis ſatiſfaceret Altenburgi, ſibique ipſi in eo ita placeret, ut Lutherus, eum ad modeſtiam adhortandum a ſe eſſe, neceſſarium duceret: (o) multas tamen in urbe illa ſuſtinuit aduerſitates, quas alii iam expoſuere (p). Quibus factum, ut, quoniam pontificii Clerici Altenburgi eundem ferre nollent, ex urbe

fol. 201. b. qui eum, Seckendorfio teſte, A. 1517. ut Nouitium Auguſtinianum Erfurtenſibus commendauerat.

(k) Vide Lutherum Tom. I. Epiſt. pag. 244. ea de re querentem.

(l) Hoc teſtatur Ioſeph. Clauder. pag. 39. orat. ſec.

(m) Tom. II. Altenb. f. 253. b.

(n) Tom. II. Altenb. f. 255.

(o) Tom. II. Epiſt. Luth. pag. 70. 76.

(p) Vid. Ternius à §. 15-20. Ioh. Müller in Schediaſmate de Altenb. eccleſ. Praeſulibus circa initium. Confer etiam Seckendorfium L. I. Sect. 53. §. 128. Addit. lit. a. p. 213. Lutherum Tom. II. Epiſt. p. 70, 76. pag. 68. p. 88. Zachar. Gortzig in der Nachricht von den Superintendenten in Altenburg et Fortgeſetzte Sammlungen 1731. p. 448. f.

urbe discedere fere post biennium a Friderico Sapiente iuberetur. Rediit igitur Dübenam, ubi iam docuerat (q). Itaque cum esset in uicinia, et Torgauienses cupiditas Euangelium audiendi iam cepisset (r): quid mirum, hos celebritate et fama uiri commotos ad se illum euocasse. De tempore uero, quo id contigerit, nihil habeo certi. Id saltem constat, A. C. ∞IↃXXIII Didymum iam Torgauiae fuisse. Hoc enim anno eum moniales IX Nimcenses, a Leonhardo Köppenio, ciue Torgauiense, liberatas, Vitebergam ad Lutherum, qui anno sequenti ex iis uxorem duxit Catharinam a Boren, deduxisse tradunt Annales Torgauienses, hac de re his uerbis testantes (s): Feria 3 Paschatos 7 April. ex monasterio Nimcensi ordinis Cisterciensis, oder Bernhardiner moniales adduxit Vitebergam Mag. Didymus Pfarrherr. Eundem anno sequenti contra superstitionem Pontificiorum tam uehementer concionatum esse, ut ex templo idem ille Leonh. Köppenius una cum aliis ciuibus monasterium Franciscanorum, quod nunc Lycei Torgauiensis sedes est, non sine tumultu inuadere et monachos ex eo expellere auderet, in autore grauissimo reperio (t). Quo in genere tamen nostrum excusat illud, quod Iacobi Suederici, monachi Franciscani, importunitas eum lacessiuisse antea, legatur (u). Cum uero Paulus Moerius, Pastor ecclesiae Torgauiensis, Pontificiorum ultimus A. C. ∞IↃXXV sit mortuus; (quo anno Noster Iohanni Con-

(q) Gabriel noua ciuitate recucullatus nunc, nunc iterum ecucullatus agit Dibonii: scribit Lutherus T. II. Epp. p. 92.

(r) 1521. ist die Hanns Enzwarttin die erste gewesen, die in der S. Nicolas Kirche ist Lutherisch getauft worden: Sic Böhmius ad h. a.

(s) In Chron. MSC. Boiemi i. e. Böhmii ad an. 1521.

(t) Seckendorfius L. II. Sect. 4. §. 4. pag. 12. b.

(u) Quae taedia D. Iacobus Suedericus, monachus Franciscanus et concionator Vbigauiensium, Didymo creauerit, docet Seckendorfius L. I. Sect. 57. §. 152. Addit. II. fol. 271. b. De tumultu autem orto multa tradit Boiemus cap. 15. Chron. MSC. Torg.

Constanti, id petenti, consilium dedit, iam Torgauiae (x) degens, luculentum et approbatum (y) de Friderici Sapientis sepultura): et demum A. C ∞ıↃXXVII Didymus una cum diaconis suis, M. Balthasare Arnoldo et M. Valentiniano Thamio purum uerbum Dei in templo Parochiali primum docuisse legatur (z): exinde colligo, Didymum Pastoris locum non statim, postquam Torgauiam concesserat, obtinuisse, utpote qui nec uacuus esset initio, nec a pontificiis monialibus Nimcensium, penes quas ius, quod uidimus supra, erat Pastorem nominandi, ipsi facile concessus; eundem uero in Aede S. Nicolai uerba solitum facere, quae Senatus subesset potestati, curiae moenibus inclusa, licet nunc plane deuastata, et in qua primum baptismum Lutherano more peractum, supra audiuimus: denique A. C. ∞ıↃ XXV, quo generalis, quam dicunt, uisitatio ecclesiarum iussu Principis Electoris instituta est, pontificiis ceremoniis plane abrogatis Torgauiae, dignitatem Pastoris, adhuc uacuam, ei traditam esse, una cum potestate in aede Parochiali docendi (a). Itaque haec Didymo nostro debetur gloria, quod primus fuerit Ecclesiae Torgauiensis, iam emendatae, Pastor et Antistes rerum sacrarum, quodque ritus sacros ex praescripto Visitatorum, de quibus dixi, in illa ordinarit. Fuit quoque omnibus acceptissimus propter facultatem animos auditorum mouendi, et facundiam oris, suauitatemque uocis (b) Luthero uero imprimis carus.

(x) Vid. Viri cel. Kappii Nachlese T. II. a p. 666-674.

(y) Spalatinus hoc ita inscripsit: Das ist Christlich und gut gestellt, auch wohl zu halten. Vid. Tenzels Historischen Bericht von der Reformation p. 328.

(z) 1527. Hat Herr Gabriel Didymus, benebenst seinen 2 Capellänen, als M. Balthasar Arnolde, und M. Valentin Tham, das Wort GOttes zum erstenmahl in der Pfarr-Kirche geprediget. In der Closter-Kirche haben vor diesen etliche Mönche, Herr Simon und Hr. Balthasar geprediget. Ita Böhmius ad A. 1527.

(a) Hac ratione conciliandum uidetur, quod Ternius diiudicare haud potuit, quomodo nimirum Didymus iam an. 1524 Concionator Torgauiensium esse, et tamen an. 1527. in templo Parochiali primum uerbum docere potuisset.

(b) Er war von schwerer Aussprache, und

rus. Neque tamen, ut fit, caruit molestiis. Sed in his grauissima fuit sine dubio notissima illa controuersia, quae ei cum D· Iacobo Schenckio, qui Principi Electori Saxoniae a concionibus sacris erat, fere per biennium, anno CIƆ IƆ XXXVIII et consequenti, intercessit. Erat hic homo turbulentus, iam Fribergae, ubi docuerat, propter turbas notus (c). Torgauiae uero non solum in eo peccauit, quod Antinomorum partibus se addiceret, sed etiam luxuriae aulicae et licentiae patefaceret uiam, Torgauiensium uero sacris omni modo se immiscere studeret. Vicit tamen Didymi constantia, B. Luthero inprimis autore et adiutore, qua factum, ut tandem Schenckius ille a Principe dimitteretur. Quo magis autem Didymus Principis gratiam sibi gratulabatur, eo maiori obrutus est luctu, cum A· C· ∞ IƆ XXXXVII, optimum Principem, acie uictum prope Mühlbergam, captumque esse, audiret. Neque publice luctum dissimulauit. Quanta enim mutatio rerum impenderet in posterum, pro sua prudentia facile potuit praeuidere. Delectatus erat adhuc Didymus noster de summa concordia ministrorum ecclesiae et scholae, qui ei subiecti erant et adiuncti Torgauiae. Ita enim Balthasar Summerus (d) in Diario uitae

und kleiner Statur, ut Ioh. Müller initio Schediasmatis sui de Altenb. eccles. Praesulibus tradit, aber dabey ein beweglicher Prediger, daß in Anfange seines Rufs der Churfürst selbst durch seinen Cantzler Beyer Nachricht einziehen ließ, was dieser bewegliche Prediger redete. Lutheri Tom. II. Altenb. fol. 18. a. conf. fol. 153. b: Als er zu Zwickau einst predigte und in der Ferne nicht wohl zu hören war: lief alles Volck zur Cantzel zu, und hörete so aufmercksam zu, daß es wohl den gantzen Tag über ihm zugehöret hätte.

(c) Tradit haec Dom. Wilischius in der Freyberg. Chronicke, cui Dom. M· Krudehofius relationem de hoc Schenckio transmisit. Er war zu Freyberg Schloß- und Dom-Prediger, muste aber, weil er das Gesetz aus der Kirche schaffen wolte, die Stadt räumen. Vid. D. Andr. Möllers, Freyb. Chron. p. 220. s. wie er hernach Churf. Joh. Friedrichs Hofprediger wurde: klagte Didymus sehr über seine unreine Lehre, Ehrgeitz, Hoffarth, Heucheley und Bübereу bey Luthero. Conf. Lutheri Tisch-Reden p. 358-364. et p. 382. Lutherus nennte ihn nur D. Joeckel. Endlich wurde er dimittiret, und Professor Theologiae zu Leipzig, ut Autor Chron. MSC. Torg. quod liber est quartae formae non ita magnus, literis nominis initialibus C· S· G D· K· notatus, tradit ad an. 1539.

(d) Hic Summerus, postea urbis Physicus et eo tempore uiuens Torgauiae, in Diario suo MSC· etiam libro quartae formae haud ita paruo, cui uitam

uitae suae luculento statum rerum sacrarum, qui in urbe A·C ∞ Ↄ XXXXVII fuerit, describit. Erant, inquit, tunc temporis praeceptores nostri primum Marcus Crodelius, Ludimagister, postea Dominus Bartholomaeus Weis (e), Tertius Ambrosius Winklerus (f), Quartus Ioannes Waltherus, Cantor; Quintus Basilius quidam, qui postea aedituus templi factus est. Sextus Martinus quidam (g). Ministri Euangelii, qui tunc temporis et longe ante ista tempora ecclesiam Christi apud Torgenses cum magno fructu rexerunt: Magister Gabriel Didymus, Pastor, uir bonus et sanctus; Magister Damianus (h), secun-

uitam suam praefixit, sic scribit: Dominus Pastor, uenerandus uir, Dominus Gabriel Didymus, in concione de captiuitate nostri ducis, die Mercurii hora septima quaedam cum maximo gemitu et eiulatu protulerat. Hanc igitur orationem sacram praeter ordinem, nec die solito, habuisse Didymus uidetur.

(e) Hic Iodaco Grubenhaynio 1546. successerat, et docebat Syntaxin Prosodiam et Catechesin.

(f) Is locum Simonis Flitneri, qui Terentium exponebat, 1548 occupauerat.

(g) Antecessor eius Balthasar Francus, homo modestus et bonus, sub fine Anni 1546. mortuus erat, ut Summerus mutationes has tradit, qui de Lectionibus eo tempore praepositis ita: Lectiones, quae nobis scholasticis tunc proponebantur, sunt istae. A Ludimagistro Marco Crodelio nobis Copia Erasmi, praesertim die Lunae et Martis mane hora una, et die Iouis et Veneris Rhetorica Philippi, item tabula Schematum Susenbrolii; à Barth. Weis proponebantur nobis mane Georgica Virgilii et Dialectica alternis uicibus, a meridie Grammatica Lossii et Prosodia; ab Ambrosio Wincklero Ciceronis epistolae, item uitam Lutheri nobis dictabat: die Mercurii scripta exhibebantur et emendabantur. Die Saturni Catechismus repetebatur germanice et Euangelium graecum exponebamus. Iohann Walther Senior, Musicam exercebat, sed, hic quia in aulam ducebatur, eius loco Barthol. Weis Musicam Spangenbergii exercuit. De Basilio, Quinto, alio loco ita dicit: Basilius Marci Crodelii tempore a Rectore Summus censebatur. De statu scholae interno ita ille 1550: Hoc tempore status scholae ruinam minabatur. Nam Ludimagister morosior factus iuuentutem negligit, sicuti semper ab infantia mea status scholae Torgensis parum aut nihil ualebat: nulla graeca fundamenta nobis unquam sunt proposita. Initium quoddam fecerat mortuo Iodoco Grubenhayn, Christ. Silesius, qui Ilenburgae ludimoderator fuerat, sed is, schola relicta uiduam Ilenburgae duxit, et hinc Ilenburgam migrat. Crudelius iam A·C·1549. diem obierat supremum.

(h) Damianus uidetur esse Valent. Tham,

cundus; Magiſter Balthaſar Arnoldus (i), primus Euangelii in hoc loco concionator, et is in ordine ſecundus erat, fuit enim presbyter; Quartus Dominus Michaël (k) Schultes, Boleslauienſis Sileſius, uir bonus et pius. Paſtor ad S. Spiritum fuit Valentinus Faber, etiam uir bonus. Inter illos et collegas ſcholae fuit ſumma concordia, nullum diſſidium unquam fuit auditum, bene alter alterum ferebat, et alter alteri obtemperabat. Hi fuerunt miniſtri eccleſiae tunc temporis, in quibus etiam longo tempore nulla mutatio facta fuerat. Haec ille. Quae tranquillitas ſtatus eccleſiaſtici mirum quantum turbata ſit, Mauritio dignitatem Principis Electoris ſuſcipiente, Ioanneque Friderico capto. Namque cum Carolus V. Caeſar Auguſtae Vindelicorum Ordinibus imperii formulam doctrinae commendaſſet, ex qua in piorum coetibus docendum eſſet interim, donec in concilio Chriſtianorum communi de controuerſiis exortis conueniret: Mauritius Saxo Caeſari gratificaturus, nec tamen religionis ueritatem abiecturus plane, Lipſiae aliam religionis formulam componi iuſſit, in qua, quae in priori aſperiora uiſa eſſent, mitigarentur. Quam confectam, cum ſemel iterumque Ordinibus Saxoniae ſtudioſe

Tham, qui 1527. una cum Arnoldo Didymi collega in aede Parochiali fuit, ut ſupra dictum, ut ita poſtea demum prioribus duobus tertius adhuc Diaconus acceſſerit. Böhmius tradit: Tham ſey 1546 geſtorben.

(i) De hoc primo Torgauienſium Euangeliſta Böhmius ad annum 1527: In der Closter-Kirche haben vor dieſen, nehmlich, ehe Didymus mit ſeinen Collegen in der Pfarr-Kirche das reine Wort Gottes gelehret, etliche Mönche Herr Simon und Herr Balthaſar geprediget. Ita erat Monachus ordinis Franciſcani; atque ideo in monaſterii ſui templo primus Euangelium docuit quod hodie uocatur die Altags-Kirche.

(k) Appellabatur proprie Michaël Schulze, et Didymo ſemper ac fideliter auxilio fuit, et contra D. Iac. Schenckium et poſtea in afflictionibus propter religionis interim ſeruandae formulam ſuſtinendis, ita, ut eam ob cauſam ex urbe expelleretur. Reliqui duo eius collegae in ſumma iam erant ſenectute, Schulzius uero in ipſo aetatis flore, ideoque animus ei non deerat, ueritatis cauſa aliquid tentandi. Torgauiam uenit 1539, ut Böhmius ille: Diß Jahr iſt Herr Michael Sachs (ſic eſt in duobus MSS. Exemplaribus quod uero ſine dubio Schulz eſſe debet) zum Diacono angenommen, an ſtatt Johann Buchners, der gen Oſchatz zu einen Pfarrherrn beruffen.

ſe ſeruandam iniungeret in comitiis: Didymus noſter fortiter illi ſe oppoſuit una cum Collega, idololatriam manifeſtam ueritatiſque euerſionem appellans, ſed eo maiorem inuidiam ſibi hac animi magnitudine contrahens, quod comitia ordinum A. C. ꝏIↃXXXXVIII ſub finem et anno ſequente fere medio haberentur Torgauiae, eiuſdemque contradictio in uniuerſa Saxonia hac ratione innoteſceret. Quo factum eſt, ut VI. Cal. Maii A. C. ꝏIↃXXXXVIIII ad Mauritium Principem accerſitus, praeſentibus conſiliariis, munus publicum deponere iuberetur (l). Sed Noſter ſumma animi aequitate acerbum audiens decretum, gratiis actis Principi, precibus uero ardentiſſimis domi effuſis, diuinae ſe ſubmiſit uoluntati, Dei ſui conſcientiam teſtatus, quam fideliter purum Dei uerbum docuiſſet, quamque ſeuerum uitae honeſtae exemplum per omnes illos uiginti et ſex muneris ſui annos ſemper edidiſſet. Neſcio uero, quomodo factum, ut, licet iuſſus, tamen munere ſacro ſe abdicare cunctaretur. Fortaſſe Puſendorfianum illud ius Principis circa ſacra, quod dicunt, nondum illis temporibus tam ſeuere definitum erat, ut tunc miniſtri eccleſiae eius uoluntati non ſtatim cedere, adhuc auderent, ſi ab auditoribus retinerentur. Id ſaltem conſtat, continuaſſe Noſtrum etiam poſtea Antiſtitis ſanctiſſimum munus. Qua pertinacia animi accenſus, Princeps ſeueriora cepit conſilia. Audiamus ea de re iterum Summerum. Ita autem ille: Dominus Gabri-

(l) Haec Ternius tradit ſine teſte §. 29. uitae Didymi, quanquam in eo errare uidetur, quod culpam in D. Schenckium, oratorum ſacrorum in aula ſupremum, confert. Schenckius enim multis iam annis ante dimiſſus, et non in aula Mauritii, ſed in aula Pr. Elect. Iohannis Friderici concionator, non uero ſupremus fuerat. Ex quo interim patet, quare poſt duos menſes iam acerbe in Didymum, ſit conſultum, ut in carcerem coniiceretur. In cauſa dubio procul fuit, quod, licet remotus ab officio ſacro, id tamen continuauerit, et non ſine taedio Pr. Electoris formulae religionis interim, ſeruandae, ſubinde contradixerit. In quibus omnibus contra conſcientiam non egiſſe uidetur. D. P. Ternius tradit quoque, quam aequum animum in dimiſſione iſta oſtenderit Didymus.

el, Paſtor Torgenſis, et Dominus Michaël publice in concione Mauritium dehortantur, ne quid cauſa religionis ſuſcipiat et mutet; nam hoc ſi factum fuerit, infinita mala et incommoda ſequentur, praeſertim ſi Caeſaris et Papae gratia iſta ſuſcipiantur. Hoc poſtquam audiſſet Mauritius (m), clam nocte utrumque capit, et Vitebergam captos ducit ac carceri includit, item multos remouet Paſtores, qui conditiones Interim ſuſcipere nolunt, ab officio. Hactenus Summerus. Qui libertatem ſermonis, qua in Principem pro ſuggeſtu inuectus ſit Noſter, non obſcure indicat, cauſam aliquam carceris ei fuiſſe. Vtcunque haec ſint, academia Vitebergenſi paucisque amicis aulicis pro ipſo deprecantibus, uinculis liberatus hac conditione, rediit Torgauiam, ne per omne uitae tempus uel Antiſtitis defungi in poſterum auderet muneribus, uel omnino ullum officium ſacrum conſequi ſperaret. Preſſus igitur paupertate, praeſidium inuenit in Senatus Torgauienſis beneficentia, qui doctori, ſemper mirifice dilecto, domum donauit, in qua cum ſuis aliorum miſericordia benefica ſuſtentaretur (n). Ipſum tamen Torgauiae ad munus ſacrum, licet non Antiſtitis, rediiſſe, primum habeo teſtem Summerum coaeuum, qui eum per aliquod tempus, ab officio remotum, domi ſe continere coactum eſſe teſtatur, non uero plane eodem abſtinuiſſe (o). Deinde Michaël Boiemus, diligentiſ-

(m) Michaël Boiemus ſ. Böhmius, Rector quondam Lycei Torgau. cum eo conſentit ad annum 1549. Freytag für Pfingſten ſind Herr Gabriel Didymus und Herr Michael Diaconus gefänglich gen Wittenberg geführet worden, wegen des Interims, welche es deuteten eine Abgötterey und Euerſionem ueritatis. Didymus iſt enturlaubet, und dem Diacono inner 8 Tagen die Stadt zu räumen geboten worden. Haec ille. Didymo uidetur in primis quoque nocuiſſe hymnus quidam formulae interimiſticae cauſa ab ipſo confectus, cuiuſque exemplaria magno numero in curia Torgauienſi adhuc ſeruantur, ſine dubio, quia magiſtratus autoritate hymnus ille hominum notitiae eſt ereptus.

(n) Haec de eius liberatione et domo a Senatu illi donata tradidit D. P. Ternius §. 33. ſed ſine teſtimonio.

(o) Sic Summerus 1548. poſt d. 24. Febr. in Diario: Paulo poſt Torgenſes Theologi captiui et Dominus Gabriel Didymus itemque Micaël Schul-

gentissimus antiquitatum Torgauiensium inuestigator, accurate docet, A. C. ∞IↃLVII d. 4 Martii, quo schola Torgauiensis in monasterium Franciscanum commigrauit, Antistitem rerum sacrarum fuisse Gabrielem Didymum, (id quod tamen pugnat cum iis, quae postea dicemus, licet Dei ministrum hic tunc quoque eum fuisse, doceant,) Rectorem scholae autem Ioannem Moserum (p). Denique Didymus A. C. ∞IↃLVIII d. 1 Maii debitum naturae legitur apud Boiemum soluisse, postquam septem orationibus de Lazari morte habitis paulo ante se ad mortem instantem ipse praeparasset (q). Vt tandem dicamus de Didymi matrimonio, singulare in illo fuit, quod sponsus esset armatus. Cum enim monachi ferre nollent, quod is, qui sui ordinis haberetur, duceret uxorem; necesse habuit, ita nuptiarum solennia celebrare, ut, militibus nonnullis stipatus, in aedem sacrorum, in qua ista fierent, ingrederetur, ne ab hominibus turbulentis infestaretur. Fuit enim ex primis monachis, qui A. C. ∞IↃ XXIV matrimonium inirent (r). Vxor eius in summa senectute demum A. C. ∞IↃLXXXXV mortua et Torgauiae sepulta est. Ex liberis Mr Paulus Didymus, Doctor Ienensium publicus, Torgauiae diem supremum obiit A. C. ∞IↃLXXXI in patria; item A. C. ∞IↃLXII filia defuncta, Valentini Richteri cuiusdam uxor, sine exequiis solennibus sepulta, quod cum Antistite nouo aleret discordiam, ne quidem in sacra coena ministerio eius uti

ti

Schultes e carcere Vitebergae liberantur, quorum alter Gabriel, per aliquod tempus ab officio remotus domi se continere cogebatur, alter Micaël ab officio remotus eo ipso die egressu carceris pulsus. Ideo hic cum tota familia se in Thuringiam recepit, ibi Pastor in Creuzburg est factus.

(p) Infra de Didymi filia dicendi occasio erit, quae sine exequiis sepulta, quod nouum Antistitem, qui Didymo successerat, agnoscere, nec eius ministerio in s. coena uti uellet. Vnde apparet, nouum Antistitem Heydenreichium, uiuente Didymo, non pro Praesule iuste ab omnibus esse admissum.

(q) In Cap. XV. Chron. Torgau.

(r) Vid. Fortgesetzte Sammlungen 1731. p. 449.

ti uolens: quae ſingula ſuis annis tradit Boiemus. Aliam filiam Magdalenam, Marci Heinſenii, Archidiaconi Serueſtani, coniugem, A C CIƆIƆLXXIIII ex uita exceſſiſſe, memorat (s) Beckmannus, qui etiam epitaphium eius memorabile habet, in quo noſter Didymus Confeſſor chriſtianae ueritatis inuiolatus et imperterritus laudatur.

Cum de Didymi ſucceſſore conſilia inſtituerentur, de Schneppio primum cogitatum eſſe, ſcribit Boiemus, quem Erhard. Schnepfium fuiſſe, poſtea Theologiae doctorem publicum apud Ienenſes, uirum magnae autoritatis et grauem, exiſtimo, praelatum tamen eidem GEORGIVM (t) MOHRVM. Natus hic erat Rodaci (u), prope Coburgum, Vitebergae artium liberalium doctor creatus, primum ibidem fuit ludi literarii magiſter A C ∞IƆXXII, ubi Carlſtadio, literis bonis infeſto, ſe adiunxit, una cum Didymo (x) clamitans, inutilia eſſe literarum ſtudia, imo pernicioſa, tollendas ſcholas, tollendas academias, arcendam ab his iuuentutem, neque magiſtri aut doctoris ſcientiarum nomen tolerandum, unum eſſe Doctorem Chriſtum, unum Magiſtrum. Quo factum, ut Vitebergenſis ſcholae aedificium panibus eo tempore cederet uendendis (y). Ex quo ingenium Mohri non ſolum poteſt exiſtimari, ſed etiam iudicari, quantas turbas dederit Vitebergae Carlſtadius, cum ille in academia contra artes liberales detonaret, Didymi autem uox in eccleſia et Mohri in ſchola contra eaſdem perſonaret. Rediit tamen Mohrus tunc quidem (z) cum Luthero in gratiam. Hinc uerbi diuini

(s) In der Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt Tom. III. cap. 2. p. 209. ſ.

(t) Boiemus 1549. dieſer Zeit ſtund es drauf daß D. Schneppius ſolte herkommen, aber ihm wurde Morus vorgezogen.

(u) Videatur de illo Ieremiae Deutſchmanni Tyramis Vitebergenſis fol. Viteb. 1702. edita.

(x) Conf. M. Io. Clauderi Orat. Sec. de inculta et horrenda ſuperioris pontificiae, excultaque et florida noſtrae Lutheranae aetatis Latinitate p. 38. ſ.

(y) Vt teſtatur M. Seb. Froeſchelius. Fortgeſetzte ſammlungen 1731. p. 691. ſ.

(z) Lutheri ad Mohrum epiſtolae reperiun-

diuini minister uocatus primum Bornam prope Lipsiam (a), deinde Rodacum in patriam, hinc Numburgum (b), denique Lipsiam (c), ubi Pastori ecclesiae Thomanae seniori substitutus est A. C. cIↄ Iↄxxxx. Sed rediens Numburgum post aliquot annos, Oratoris sacri munere functus est in aede cathedrali (d), donec A. C. cIↄ Iↄxxxxv iterum Lipsiam accerseretur, Pastoris Thomani senioris iam defuncti locum obtinens uacuum. Hic igitur Mohrus, Torgauiensis ecclesiae Antistes constitutus ideo uidetur esse, quod consiliis aulicis in formula religionis, interim seruandae, omni modo tuenda, maxime fauere existimaretur. Audiamus testem coaeuum, Summerum, in Diario uitae suae A. C. cIↄ Iↄ XXXXVIII ita differentem: In locum Gabrielis, uiri sancti, uocatus Magister Morus, Pastor Lipsiensis. Ille introducit lineam uestem, et alia plura tentat. Domino Michaëli (Schulzio) succedit gener Mori, qui antea in pago Pastor fuit, prope, ni fallor, Schmiedebergam. Magistro Damiano succedit Sixtus Silesius, qui lineam uestem mordicus defendit. Hi omnes opponunt se magna ui seniori ministro ecclesiae, M. Balthasari Arnoldo, qui, cum lineam uestem, ut adiaphoron et plane liberam, habere uoluit, illam iam induit, paulo post eam deponit; Aduersarii autem sui rem quasi necessariam existimabant, qua minister Euangelii a reliqua hominum multitudine secerneretur: ipsum coram senatu accusant, et ab officio illum remouent (e).

C Haec

reperiuntur T. III. Altenb. p. 517. et T. V. p. 690.

(a) Conf. Ioh. Gottlieb Lucii Biographiam Ephororum Bornensium Lips. 1712. in 8. p. 5. s. c.

(b) Joh. George Fischer in verstorbener und itziger Zeit lebenden gesamten Priesterschaft im Stifte Naumburg und Zeitz. Numburgi 1708. in 8. p. 12.

(c) Georg. Christoph. Winzers, Reuerendum Ministerium Lipsiense L. 1722. fol.

(d) Gerebat nomen eines Dom-Predigers.

(e) Böhmius scribit: anno 1551. Dominica Misericordias ist M. Balthasar und M. Andreas wegen des Chorrocks enturlaubt: Sic ergo iterum 2 Diaconi, et inter eos primus Torgauiensium Euangelista a munere sacro remoti

Haec res magnas turbationes et offenſiones in eccleſia peperit. Templum deuaſtatur, religio negligitur, et miniſterium ac ipſi miniſtri contemnuntur. Acceſſit ad haec et leuitas duorum miniſtrorum nouorum, quorum alter, gener Mori, libenter conuiuabatur et helluabatur, et alter Sixtus leuiter de miniſterio loquebatur. Et iterum: Circa haec tempora Morus Magiſtrum Chriſtophorum Sileſium in M. Balthaſaris locum conſtituit, hic autem, quia etiam non diu cum Moro conuenire poterat, inde pellitur, qui poſtea concionator Vinarienſis eccleſiae in Thuringia factus eſt. Ex quo Summeri teſtimonio praeclare intelligitur, quales fuerint turbae adiaphoriſticae, et quantopere ſtatum rerum ſacrarum mutauerint Torgauiae, Moro duce et autore, qui, prioribus uerbi diuini miniſtris fere omnibus eiectis, eo magis diſplicebat auditoribus, quod, Summero teſtante, eos pro ſuggeſtu publice taxare, eoſque falſos et ſeditioſos praedicatores nominare non deſiſteret. In ſumma, idem finit orationem, ſtatus eccleſiae fuit miſerrimus et turbulentiſſimus in hoc loco. Qualis quoque Morus fuerit Torgauiae, patet ex cauſa Magdeburgenſi, de qua audiamus denuo Summerum, cuius utor uerbis: Circa Dominicam Laetare Torgae a nobilibus, comitibus, epiſcopis et ſubditis primariis fit conuentus, quem Mauritius dux ideo inſtituerat, ut eos ad bellum nouum ſuſcipiendum et ad Magdeburgenſium obſidionem cogeret. Illi, quia nullam cauſam belli contra miſeros proſcriptos Magdeburgenſes inueniunt, hoc recuſant. Sed ad perſuadendum eos Morum, concionatorem ac paſtorem, informat, qui in aula ante conſultationem (f) concione habita, qua eos maledicos,

remoti ſunt. Sed Arnoldus rediiſſe ad prius munus inuenitur. Nam 1564 ſenectutis cauſa et calculo laborans, munere ſacro ſponte ſe abdicauit, cum 42 annos fuiſſet Diaconus; ut ſcribit Böhmius ad an. 1564.

(f) Inde intelligitur ſolennem maxime orationem ſacram, quae comitia ordinum Saxoniae praecedere ſolet, ab eo habitam tum fuiſſe.

dicos, ſeditioſos, rebelles, contumaces et peſſimos nebulones proclamat, addens, quod omnes hi, qui Magdeburgum oppugnarent, ſacrificium gratiſſimum Deo praeſtarent, et omnes, qui ibi perirent, uere ſaluos eſſe, rem totam corrumpit et perdit; hinc conſilium protrahitur, nobiles uolunt diſcedere, qui dimiſſionem non impetrare poſſunt, niſi aliquibus certis relictis, penes quos autoritas deliberandi maneret. Hi autem cum in abſentia praecipuorum nihil certi concludere uellent, res diſtracta eſt ad annum ſequentem. Haec Summerus de opportuna, uel potius importuna Mori oratione, quam pro roſtris ſacris habuit, Principis conſilia adiuturus, quam ferociter poſtea quoque defendit, quamque quingentos florenos eidem meruiſſe ſcribunt (g). Cum igitur Mohrus auram aulicam omni ratione captaret; quid mirum, Principis gratia nixum, omnia eundem pro arbitrio egiſſe. Sed eius quoque taedium Torgauienſes cito cepiſſe, eo facilius intelligitur, quo conſtantior eorum in priores, tam probatos tantaque iniuria expulſos uerbi diuini apud ſe miniſtros erat amor. Laeti igitur acceperunt Mohri abitum et mortem, A. C. CIƆIƆLIII, quam Summerus in Diario ita tradit: Cum hoc anno, ait, Dominica Vocum Iucunditatis Morus Paſtor Torgenſis ciuibus pro concione ualedixiſſet, et TZEIZAM (quam Cizam interpretor) quod ciues libenter

 illi

(g) Inter res memoratu dignas Torgauiae geſtas adducit Mich. Böhmius ſequentem hiſtoriam Cap. 42. Chron. Torg. M. Marcus (ita corrupte legitur pro Mohrus) hat geprediget, Magdeburg muſte herab, wenns gleich in Wolcken an eiſern Ketten hienge, und der wider die Stadt züge, ob er gleich umkäme, führe er doch von Mund auf gen Himmel. Da die Predigt verrichtet war, begegnet ihm D. Scheffel, hernacher Burgemeiſter und Profeſſor zu Leipzig; Herr, ſpricht er, ihr habts gemacht, daß die Landſtände übel zufrieden ſind, wir ſind allhier, daß wir den Herrn abhalten, daß er nicht wider Magdeburg zöge, ſo hetzet ihr ihn an; du biſt ein Bube, ſpricht Marcus (Mohrus) wie die andern. Dieſe Pillen muſte er hinein ſchlucken, und ſtille ſchweigen. Bald bekömmt er 300 fl. von Herzog Moritzen, und hernach 200 fl. daß ihm die Predigt alſo 500 fl. getragen hat. In Lembeulii erſten Briefe an Herr Carl Dieterich Liſenium, treufleißigen Prediger, unweit Parthenopolis traditur, hoc Magdeburgi contigiſſe, quod tamen Torgauiae nemo abiudicabit.

illi conceſſiſſent, die Mercurii 28 Iulii uolens filium in monaſterio Pforten, ibi literas diſcentem, uiſitare, repentina morte in itinere prope Pforten interiit. Sic eodem anno et menſe Dux (Mauritius) et praeco eius interierunt morte ſubitanea.

Excepit Mohrum (h) M. CASPAR HEIDENREICH, uel Heydenrich, utroque enim modo nomen ſcribi inuenio, de quo et ſequentibus ſucceſſoribus breuior ero, quod opellam mihi creſcere uideo, et recentiora plerumque etiam notiora ſunt. Ampla fuit Torgauienſium ſpes de hoc rerum ſacrarum nouo Antiſtite. Fuerat iam Fribergae Henrico Pio Principi a concionibus ſacris, quam ob rem multa eius memoria eſt in Fribergenſium annalibus. Qua nominis celebritate moti, Torgauienſes de lautiore ſtipendio ei proſpexerunt (i). A b. Buckio, qui, quoad Torgauienſium Antiſtes fuit, diligens multuſque fuit in antiquitatibus Torgauienſibus, cuius autem diligentiae monumentum in hoc argumento adhuc nullum fere uidi, praeter notationes temporum, quibus Praeſules Torgauienſibus praefuerunt, ab illo igitur inuenio notatum d. 28 Sept. Torgauiam acceſſiſſe Heidenreichium. Inter prima eius negotia celebris eſt inauguratio aedis Spiritui S. dicatae. Nam iam d. 16 Febr. A. C. CIƆ IƆ LIIII rudera templi antiqui deſtructi ad Sanctum Spiritum Torgae remota eſſe, et poſtea nouum, quod iam eſt, extructum, ſcribit Summerus. Menſe autem Nouembri nouum aedificium dedicauit

(h) Ex Mohri ſcriptis nota mihi ſunt: Eine Chriſtliche Vermahnung aus dem Evangelio: Dixit Martha ad Ieſum wider das zaghaffte Erſchrecknis des Todes, herausgegeben, durch M. Georg. Mohr, Prediger zu Born, an Caſpar von Ritzſcher Altenb. 1524. in 4to. Item Auslegung über das Evangelium von der Kirchweyhung. Luc. XIX. Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho. Georg. Mohr von Coburg, zu Born Prediger an ſeine Gemeine zu Born, Altenb. 1525. in 4.

(i) D. 27. April. 1553. iſt George Mohr von Torgau weggezogen mit guten Willen und Freuden der gantzen Bürgerſchaft. An ſeine Statt iſt gefodert M. Caſpar Heydenreich, ein alter (i. e. ehemahliger) Hofprediger. Auf Michaelis iſt ihm die Beſoldung gebeſſert, und zu 140 fl. noch 60 fl. geleget, it. 32 Scheffel Gerſte, 15 Claft. Holz, oder wie viel er bedarf, auch 3 Scheffel Saltz, den 18 October hat er die erſte Predigt gethan, de ueſte nuptiali. Ita Boiemus ad a. 1553.

uit Noster (k). Cumque aedificium, in quo ipse habitasset Pastor, uetustate collapsum esset; et aerario sacro praefecti Principem Electorem iam A· C· cIↃ IↃ LV supplices adiissent, ut ad id restituendum, molitoris Belgerani mulctam, quae propter farinae fraudes ei dicta erat, ducentorum florenorum sibi clementissime concederet, dimidiam mulctam a Principis liberalitate ad Pastoris domicilium reaedificandum eos obtinuisse, his annis docet Boiemus. Itaque, reditibus et domicilio auctus, nuptias A· C· cIↃ IↃ LX celebrauit cum Clara, Andreae Schulzii, Consulis filia, Torgauiae. Quam fidelis uero fuerit in officio sacro obeundo, multa sunt documenta. Quantopere profuerit toti Dioecesi, non solum docet aerarium A· C· cIↃ IↃ LXVIII constitutum in uiduarum, quarum mariti in Dioecesi Torgauiensi docuere, utilitatem, quod institutum adhuc seruatur; sed etiam Visitatio, quam dicunt, generalis ecclesiarum A· C· cIↃ IↃ LXXVI cum Nicol. Selneccero, Theologo Lipsiensi, suscepta, et biennio post repetita una cum Polycarpo Lysero (l), quicum et de rebus scholae et aerarii sacri inquisiuit, et in primis seuere animaduertit in sacrae coenae contemtores. Fuit enim acer omnino morum et religionis custos. Patet illud ex seueritate disciplinae ecclesiasticae, quae in adulterum A· C· cIↃ IↃ LXII exercita est (m). Nec minorem diligentiam adhibuit in doctrinae castitate conseruanda. Qua de re A· C· ∞ CI LXXVI d. XII Sept. Fridericus Femelius, eius Diaconus, quod Caluinismi suspe-

(k) D. 28 Nou. 1554, hat M· Caspar Heidenreich, Pfarrherr und Superintend, die Spittel-Kirche mit einer Predigt, von dem Mißbrauch der Papisten Weihung, eingeweihet. Boehmius ad annum 1554.

(l) Id testatur Autor Chron. Torg. MSC· sub liter. init. C· S· D· R· G· latens, ad hunc annum.

(m) Ea de re Boehmius ita: 1562 d. 1 Octobr. Hat L. B. mit einem weissen Stäblein für der Closter-Kirchen gestanden, Ehebruchs halben, und den andern Sonntag für der andern Kirchthüre. d. 1 Nou. Sonntag Allerheiligen, haben beyde, doch an unterschiedlichen Thüren gestanden für der Pfarr-Kirche, bis alles ist ausgewesen. d. 8 Nou. Ist die halbe Predigt von ihm gehalten, und sind aus dem Bann gelöset, sind für dem Altar absoluiret, und darnach das Sacrament gebrauchet.

ctus erat, non solum munere sacro se abdicare coactus, sed etiam uetitus est in tota Saxonia, quae Principi Electori pareret, habere orationes pro suggestu. Multam quoque eius operam fuisse in Crypto-Caluinistis coërcendis, et Formula Concordiae conficienda, cui quoque nomen subscripsit, in S· R· Löscheri historia motuum, a Caluinistis exercitatorum, passim inuenio parte tertia. Lycei uero Torgauiensis leges eius uel curae, uel autoritati deberi, reperi in Lycei eiusdem Albo. Neque tamen munus eius, licet fideliter eo fungeretur, caruit molestiis. Sic A· C· ∞ IↃ LVIIII quidam quinquennali exilio mulctatus esse legitur, quod ipsum et collegas multis conuiciis onerasset. Sic propter pestem orationes sacrae in templo monasterii intermissae sunt, quod quatuor annis ante a fulmine tactum erat, donec A· C· ∞ IↃ LXXXV. instaurarentur. (n) Qua peste quoque abreptus esse M· Anthonius Schwarzius, legitur ad S· Spiritus Pastor, eo anno mortuus. His temporis iniuriis et difficultatibus agitatus, hisque laudibus clarus, per triginta fere et tres muneris Torgauiensis annos, tandem anno aetatis septuagesimo placide obdormiuit (o) Heidenrichius A· C· ∞ IↃ LXXXVI. Heidenrichium excepit (p) MENTO GOGREVIVS. Natus hic est Lupfurdiae, et iam circa annum Christi ∞ IↃ LXIII. ludi literarii moderator apud Hamelopolitanos fuit (q), post bien-

(n) In dieser Pest sind 2200 Personen gestorben, allein zu Torgau. Die Schule hat der massen abgenommen, daß auf die letzt 10 oder 8 Schüler gewesen. Im Anfang ist ein Praeceptor mit 30 Schülern abgesondert worden, der alle particularia funera begleitet. Idem

(o) 1586 d. 30 Ian. Ist M· Caspar Heidenreich von Freyberg, Pfarrer und Superintendens zu Torgau sprachloß worden, da er fast in die 33 Jahr der Kirchen gedienet, seelig aus dieser Welt abgeschieden, und pridie Purificationis zur Erden bestattet, dem M· Joh. Ulrich die Leichen-Predigt gethan, aetat. 70. Boehmius ille scribit ad hunc annum. De scriptis eius notus mihi est Tractatus. Von Amt der Christl. Kirchendiener und Seelsorger. Lips. 1565. in 4.

(p) Videatur de eo Chr. Frid. Wilischii Index Bibliothecae Altenburgensis p. 593. Altenburgi 1721. in 8. in lucem edita.

(q) Rector adhuc Scholae apud Hamelopo-

biennium delectus, ut comiti Hoyensi a concionibus sacris in aula esset. Qualem hic se gesserit, docet nos Hermannus Hamelmannus. (r) Ita autem hic de Gogreuio: Comes Ericus assumsit in aulicum concionatorem M. Mentonem Gogreuium, hominem uersatum et doctum, qui pedetentim incipiebat a Rusio (Pastore Neopurgico in comitatu Hoyensi) dissentire et quoque se illi praeferre: Ibi considerans Illustris Comes Ericus, inter istos duos cooriri simultates, uocat de Consilio Cancellarii Ioannis Hackeni in Superintendentem M. Iohannem Beckerum. Tandem mortuo Beckero, dimittitur etiam Mento Gogreuius, quem tamen ualde diligebant Cancellarius Iohannes Hackenus, et ipsius filius, Robertus Hackenus, Comitis Erici consiliarius propter dona docendi. Ex quo Hamelmanni testimonio intelligitur, Gogreuium iam tum turbas dedisse et doctrinae causa fuisse suspectum. Id quod sine dubio in causa fuit, quare non solum A. C. ∞ IↃ LXVIII. de S. Coena, in quo argumento Caluinistis fauere uidebatur, suam exponeret sententiam (s), sed etiam biennio post necessitatem sibi iniunctam existimaret doctrinae suae edendi confessionem (t). Primum Torgauiae uisus esse legitur d. 6 Mart. A. C. ∞ IↃ LXXXVI circa Paschatos ferias, quoniam exul munus aliud sacrum sine dubio ambibat. Neque quicquam memorabile Torgauiae gessisse reperitur, nisi quod nomen suum hic quoque turbis excitatis et uitae maculis infamarit. Namque cum A. C. ∞ IↃ LXXXVII.

melopolitanos, sequens iam edidit scriptum, typis postea iterum expressum: Bucolicorum Virgilii simplex et dilucida Metaphrasis, cui, in scholasticae pubis gratiam et usum, ordo, quem uocant, constructionis, cum singularum eclogarum argumentis accessit, Autore M. Mentone Gogresio, Al. Wit. 1581. in 8. et Henricopoli 1564. in 8 plag. 17.

(r) In operibus genealogico-Historicis pag 801.

(s) Liber. ita inscribitur: Mento Gogreff demonstratio de praesentia Christi in Coen et Andr. Freyhub doctrina ecclesiae de Deo, essentia uno in personis trino. Lips. 1569, in 8.

(t) Vid. Fortgesetzte Sammlungen 1733. p. 699. ff.

LXXXVII. d. 2. Febr. uſum luminum in altaribus templi omittere inciperet, eaque res, quod priuato auſu ſuſcepta eſſet, multis eſſet offenſioni; graues lites cum ſenatu ei ortae ſunt, quae tandem conſopitae die 14 Iulii, arbitris controuerſiae miſſis a Principe. Id quoque ei tribuitur, quod uſus orationum funebrium pro ſuggeſtu frequentior Torgauiae eſſe coeperit. Tandem anno ſequenti ſponte abiit, licet poſtea remotus ab officio. Cum enim d. 9. Aug. ſponſalia celebraſſet, poſt duos menſes coniux ei peperit filium. (u) Quae fuit ſine dubio cauſa, cur et ipſe abitum maturaret et ab officio publico remoueretur. Poſt hunc delectus eſt Praeſul TOBIAS BEVTHERVS. Natus is Annaebergae A· C· ∞ IↃ XXXV. d. 10. Dec. (x) in illuſtri Afraneo Miſenae literas didicit, in academiam Lipſienſem profectus A· C· ∞ IↃ LV. poſt decennium Ludimoderator ſcholae praefectus eſt Liebenwerdenſi; hinc Liebenwerdae A· C· ∞ IↃ LXXIII. eccleſiae Diaconus, et poſt biennium Paſtor et Antiſtes creatus. In quo munere ita ſe geſſit, ut A· C· ∞ IↃ LXXXVI Dreſdam in aulam arceſſeretur, cui eſſet a concionibus ſacris. (y) Poſt triennium ſacris praefectus, ceremoniis conſuetis et ſolennibus a D· G· Maiore, Doctore Theologo d. 8. Mart. Vitebergae, peractis, primam orationem ſacram habuit Dom. Rogate. Fuit clarus arte poëtica, de quae Aeg. Periander ita cecinit: (z)

Si mihi fas ueros animi depromere ſenſus
Candida uena tibi carmina pulcra facit.

Clarior autem munere ſacro laudabiliter geſto. Cuius initio;

(u) 1588. d. 9. Aug. hat D· Mento Superintendens Verlöbniß gehabt. D· 18. Octobr. hat D· Mentonis Weib einen jungen Sohn gehabt; er hat ſich aber den 19. Nov. aus dem Staube gemacht, und das Kuhfenſter troffen: tradit Boehmius ad h. a.

(x) Quam ob cauſam etiam Beutheri mentio fit in Dieterici Diſſert. de Annaberga p. 34.

(y) Ideo fuſe de eo ſcribit Joh. Andr. Gleich, in der Churfl. Sächß. Hofpredigers Hiſtorie, P. I. p. 381-400.

(z) In Aegid. Periandri Germania p. 813. Francof. ad M· 1567. in 8.

tio, Christoph. Grauio, Torgauiensis ecclesiae Diacono, mortuo, d. 29. Aug. M. Ge. Wulschaldium in eius locum suffectum, et M. Mich. Röberum, ad S. Spiritus Pastorem rite inaugurauit. Quas inaugurationis ceremonias impertitus quoque est A. C. ∞ IↃ LXXXXIII. d. 29. April. M. Petro Hesso, Diacono, post biennium, ab officio propter Huberianismum deinde remoto (a), licet A. C. ∞ IↃ LXXXXIIII. d. 6. Mart. Articulis Visitationis, quos uocant, una cum collegis et ipso Hesso nomen subscripsisset. Sicut autem doctrinae castitatem strenue defendit, ita etiam acerrimus disciplinae sacrae fuit uindex. Ita Boiemus testatur, ab eodem cuipiam feminae sacris interdictum esse A. C. ∞ IↃ LXXXXII, quod iussisset incendio exorto, pro flamma restinguenda interulam menstruatae coniici in ignem d. 26 Nou. cui tamen sacrorum usus redditus d. 17. Dec. Ita quoque A. C. CIↃ IↃ LXXXXVIII lictores ad templorum fores constitui iussit, qui uirgines, aureis coronis superbientes, in pompa nuptiali, aditu prohiberent. Nec mirum, Guilielmum, Administratorem regiminis in Saxonia, cum de ecclesiarum Saxonicarum statu saepius inquireret, per Proceres et Theologos, locorum quoque singulorum uisitationem (eine Local-Visitation) in Dioecesi Nostrum singulis annis habere iussisset. Postquam enim A. C. CIↃ IↃ LXXXXII uisitatio

 gene-

(a) 1595. Haben alle unsere Prediger von Torgau auf Erfoderung des Consistorii nach Wittenberg verreisen müssen, wegen M. Petri Hessens des Diaconi, der auf Anhalten etlicher Bürger an M. Hieronymi Niemanns statt verordnet, und des Huberi Sententiam defendirte de Electione, und war treffliche Verbitterung unter ihnen, daß er den alten Dienern a promiscua multitudine wurde vorgezogen und allerley insolentias brauchte, und Neuerung einführte, und auf die andere Collegas predigte, mit grosser Ungestümmigkeit, und wuchs acerbitas animorum von Tage zu Tage, bis M. Johann Ulrich, Pfarr zu Dommitzsch, und Peter Hesse aber des Diensts entsetzet worden, und Herr Melchior Dürrius Chemnicens. von Dommitzsch, da er Pfarr war, 16 Senntag Trinit. und M. Joh. Richter Delicianus von Leipzig uociret und ordiniret sind d. 5. Oct. Sic Boehmius coaeuus. M. Hieronymus Niemann Archidiaconus, 1592. d. 19. Nou. mortuus erat, scholae et ecclesiae minister fidelis, per annos fere 45, auditor Lutheri et Melanchtonis, eodem teste Melch. Durrio successit 1612. M. Sigismund Badehorn. Quo anno etiam in Bentheri domicilio praecipuum hypocaustum ignis, per fornacem perrumpens, corripuit, sed sine multa iactura.

generalis Torgauiae instituta fuerat per Ioannem Loeserum, Mareschallum haereditarium, Io. Fried. de Schoenbergk, D. Georg. Müllerum, Theol. Ienensem, et D. Ge. Barbarthum, Doctorem publicum Lipsiensium, propter Caluinismi insidias et articulorum uisitationis subscriptionem, quos dicunt: Talis quoque inquisitio, seu uisitatio, repetita est A. C. 1598 ab eodem Schoenbergio et D. Aegidio Hunnio, Theologo Vitebergensi. Cuius uisitationis, quomodo Torgauiae peracta sit, Acta, quia mihi ad manus sunt, nonnulla adiungam, quae ad ecclesiae et Dioeceseos Torgauiensis statum pertinere uidentur. Ministros Dei Torgauiae tum fuisse, ex illis liquet, praeter Beutherum, M. Melch. Dürrium, Archidiaconum, M. Io. Richterum et M. Casp. Hübnerum, Diaconos, una cum M. Mich. Röbero, qui etiam saepe Rabnerus scribitur. In Lyceo docuerunt M. Mich. Behemb, Rector, et post eum M. Anton. Keulenbergk, Andr. Alberus, Michaël Fachius, Cantor, Heinr. Kellerus, Paulus Beutherus, Christoph. Funccius, et Paulus Gilbertus Organista. Decretum est a uisitatoribus, ut ante nuptiarum solemnia sponsus et sponsa, confessione prius edita doctrinae diuinae, sacra coena uterentur, et ut Pastor Belgeranus, Antistiti suo adiunctus, de statu sacrorum in agro inquireret (b). Aerarium in utilitatem uiduarum, quarum mariti mortui erant Pastores, antea institutum, plane ad incitas redactum esse, repertum est (c). Haec qui-

(b) Sic ea de re Visitationis Articuli: Superintendens schlägt unter 26 Pastoribus ausser den Diaconis den Pfarrherrn zu Belgern M. Gabriel Möllern vor, zum Adiuncto. Darauf ist er dem Herrn Superintendenten von denen Herrn Visitatoribus zum Adiuncto zugeordnet und confirmiret, daß er in denen innengelegenen Pfarren uisitire, und wie er es befunden, dem Superintendenten berichte. Item der Pfarrherr zu Belgern, des Superintendenten zugeordneter Adiunctus, M. Gabriel Mollerus, soll förderlichst die Local-Visitation verrichten, mit Zuziehung der Collatorum Beamten und Gerichts-Herren, und sind deswegen ihnen die disfalls ergangenen Fürstl. Sächs. Patente dem Superintendente und seinem Adiuncto in gehörigen Pfarren und Filialen, zu uisitiren, ausgehändigt worden.

(c) Ibid. damahlen sey kein Synodus noch Fraternitât zu Torgau gehalten worden. Solche aber sey vor 30 Jahren bey

Sup-

quidem tunc acta ſunt. Sed neque poſtea uiſitatio eiuſmodi generalis intermiſſa plane, qualem Torgauiae ſuſcepere A. C. cIↄ Iↄc XVII Heinricus de Leipziger, qui praefectis, Torgauienſi et Liebenwerdenſi, praeerat, D. Fridericus Balduinus, Theologus Vitebergenſis, et D. Barthol. Reuſnerus, Iuriſconſultus primus eiuſdem academiae. His aliiſque negotiis ſacris cum uitam Beutherus transegiſſet, in ſumma tandem ſenectute diem obiit ſupremum, anno Chr. cIↄ Iↄc XX, d. 9 Iul. et aetatis octogeſimo et quinto (d).

Seni uenerabili qui ſuccederet, dignus uiſus eſt GVILIELMVS LEYSERVS, Polycarpi filius. Hic natus Brunſuigae A. C. cIↄ IↄLXXXXII, anno aetatis duodeuigeſimo artium magiſter creatus Vitebergae, et poſt nouem annos Theologiae Licentiatus, Torgauienſis Praeſul anno ſequenti conſtitutus, Doctoris titulum ſuſcepit Ienae A. C. cIↄ Iↄc XXI (e).

 Neque

Sup. M. Caſp. Heidenreichs Zeiten gangbar geweſen, und der Fiscus, dazu ieder Pfarr jährlich 6 Gr. contribuiret, M. Johann Fiſchern vertraut geweſen, nach deſſen Tode, ſeine hinterlaſſene Wittbe, den Fiscum mit Geld und allen genommen, davon gezogen und zu Wittenberg wieder gefreyet haben ſolle, hätten auſſer dem Gelde auch wohl ieder ½ Scheffel Korn der Wittbe contribuiret.

(d) Videatur de eius morte: M. Ioh. Richteri Ars moriendi, die rechte ſeelige Sterbe-Kunſt, aus den Worten Pauli Phil. I 21. bey der Leichbegängnis Herr Tob. Beuthers Pf. und Superintendentens zu Torgau, Freyberg 1620. in 4. plag. 5. A Beuthero ipſo quaedam reperiuntur conciones funebres typis expreſſae, ut: zwo Leichen-Predigten, die 1 bey dem Begräbnis D. Mich. Jegers, Bürgemeiſters zu Freyberg, gehalten durch Joh. Schützen, Ao. 1566. Die 2 bey dem Begräbnis Fr. Catharina Mich. Jegers des Raths und Stadtſchreibers zu Torgau Hauß-Frauen, gethan von Tob. Beuthern, Pfarrern und Superintendenten daſelbſt 1596. den 21. Mart. Lipſ. 1597. plag. 5. Ferner bey dem Begräbnis Mich. Jegers Stadtſchreibers zu Torgau 1601. den 20. Maii gethan, Lipſ. 1602. in 4. plag. 3. Item bey dem Begräbnis Adriani Hubeneri, Pfarrers zu Schildau, Vit. 1603. in 4. plag. 2. Beym Begräbnis George Schmidts, Churfürſtl. Amtſchöſſers zu Torgau, Viteb 1611. in 4. plag. 2. Item Fr. Eliſabeth Wolf Merckens, Bürgemeiſters zu Torgau, Lipſ. 1614. in 4. plag. 3. George Moſers Stadt-Richters und Apotheckers zu Torgau, Lipſ. 1615. in 4. pl. 3. Fr. Anna, Chriſtoph Finckens, Stadtſchreibers zu Torgau Hauß-Ehre, Vit. 1616. in 4. plag. 5. und Fr. Margarethen, Anton Unrubens regierenden Burgemeiſters zu Torgau, Viteb. 1619. in 4. pl. 3.

(e) Confer. Godofr. Sueui academia Vitembergenſis, Viteb. 1655. in 4. et Adr. Beyeri Syllabus S. S. Theol. Doctorum et Licentiatorum in Salana promotorum, Ien. 1641. in 12. et tandem Henr. Wittenii Diar. Biograph.

Neque tamen ultra ſeptem annos ſubſtitit Torgauiae. Namque cum anno 1621 d. 7 Dec. ſuſcepiſſet Antiſtitis dignitatem, eadem ſe abdicauit A· C· CIↃIↃCXXVII, d. 14 Octobr. quo ſeptem abhinc annis primam orationem ſacram habuerat Torgauiae explorationis cauſa. Tunc autem abiit Vitebergam, Praepoſiti locum occupaturus, quem ſumma cum dignitate tuitus eſt, per uarios dignitatis gradus ad ſumma aſcendens, etiam Canonicus Miſenenſis A· C· CIↃIↃCXXXXVI delectus, donec tranquilla morte defungeretur poſt triennium, aetatis anno quinquageſimo ſeptimo. De quo multus nobis eſſe poſſet ſermo. Sunt enim argumenta in promtu, niſi breuitatis ratio habenda eſſet, et iam alii iſta occupaſſent. Torgauiae uero memoratu dignum quid eundem geſſiſſe, nondum inueni notatum, niſi quod diem ſupplicationis f. poenitentiae primum Torgauiae iuſſu Principis d. 14 April. A· C· CIↃIↃCXXVI celebraſſe legatur, qui tunc in Saxonia inſtitui coeptus eſt.

Sequitur IOHANNES WINTERVS, qui Numburgi A· C· CIↃIↃLXXXV d. 14 Sept. in lucem editus, in ſchola Portenſi literis ſe dedit A· C CIↃIↃLXXXXVIII Lipſiam in academiam profectus A· C· CIↃIↃCV, anno ſequenti ibidem Philoſophiae Baccalaureus, et poſt triennium magiſter creatus, ſicuti anno CIↃIↃCXIII Theologiae Baccalaureus renuntiatus eſt. Fuit primum uocatus Magdeburgum A· C· CIↃIↃCXVII, ut eccleſiae cathedralis diaconus eſſet. Quod munus, ut maiori gereret autoritate, eodem anno facultatem Doctoris Theologi nomen ſuſcipiendi Lipſiae obtinuit. Cum uero Torgauienſis Antiſtitis dignitas ad eum A. CIↃIↃCXXVII deferretur, quod adiit d. 12. Nou. annus nondum praeterierat, cum Doctoris Theologiae Lipſiae acciperet ornamenta: Quibus uix ſeptem menſes gauiſus

Biograph. P. I. et Einſd. Memor. Theol. p. 704. ſqq. qui etiam longum ſatis Catalogum ſcriptorum Leyſeri noſtri annexit.

gauisus est, apoplexia correptus A· C· cIↄ Iↄc XXIIII d. 26. Mart. in ipso aetatis flore, cum uerba faceret ad populum pro suggestu (f). Nec igitur mirum, parum de eo reperiri in Torgauiensium annalibus, quod sit memorabile, quos ne quidem per septendecim nouerat menses. Ex libris autem ab eo confectis, satis apparet, uirum fuisse multae doctrinae et ueritatis diuinae amantem (g).

Mortuo illo, Antistes Torgauiensis inauguratus est SEBASTIANVS STARCKIVS, A· C· cIↄ Iↄc XXVIIII d. 20. Oct. legitimis ceremoniis, qui natus Lausigii, Vitebergae literarum studiis incumbens, potestatem Doctoris Theologi nomen suscipiendi ibidem adeptus erat biennio ante d. 7. Iun. quae nominis dignitas in eum collata est A· C· ∞ Iↄc XXX, d. 17. Aug. in eadem academia. Celebrauit quidem propter Confessionis Augustanae originem eodem anno, una cum reliquis piorum coetibus in Saxonia, Iubilaeum, sed quantum temporis conditio pateretur, quae uerba sunt autoris, qui Michaëlem Boiemum continuauit. Incidit enim eius tempus in complures calamitates et adhuc maiores difficultates. Praeterquam enim, quod eo ipso anno, uenti uiolentia, turris ad b. Mariae

 aedem

(f) Vita eius legenda est ex concione funebri in eius mortem habita, quae sub sequenti titulo edita est in lucem: D· Pauli Röberi allen Engeln des Kirchen-Himmels für Augen schwebendes Himmlisches Ehren-Kräntzlein aus dem freudigen Zuspruch ihres Sieges-Fürsten, und in das Streit-Fähnlein eingewürckten Emblemate Apoc 11. Sey getreu bis 2c. bey dem Leich-Begängnis D· Ioh. Winterss P· und Sup. zu Torgau erklärt. Vit 1629. in 4. pl 14.

(g) Scripta eius, quae celeberrimus et doctissimus lauus, Conrector Scholae Budissinensis, una cum aliis relationibus ad hanc historiam pertinentibus mecum perbeneuole communicauit, sequentia sunt: De Iustificatione hominis contra F· Socinum Lips. 1717. in 4. Qu. An Adamus in statu integritatis fuerit mortalis nec ne? Lips. 1617. in 4. pl. 10. Schola tentationis Paulina s. Anfechtungs-Schule Pauli, aus der Ep. an die Römer, Magdeb. 1621. in 4. Qu. Theol. de conuersione hominis coram Deo et quomodo fiat opposita Bellarmino T. IV. L. cum insignia doctoralia ipsi conferrentur d. 28. Aug. 1628. Lips. 1628. in 4. Praeterea in manibus mihi est: Corona fidelitatis et constantiae i. e. Krone der Treue und Beständigkeit, ex Apoc. 11. Sey getreu bis 2c bey der Leiche M· Joh. Richters Archidiaconi Lips. 1628. in 4.

aedem quoad partem ſuperiorem collapſa eſt, cum eadem tempeſtatis iniuria multae priuatae aedes, plurimaque tecta deſtruerentur (h); infinita mala illa aetate Torgauienſibus peperit bellum tricennale, accedente tandem peſte, tam late graſſante, ut Torgauiae uix triginta coniuges reliqui eſſent, uiduarum uero, uel eorum, quorum uxores mortuae, numerus maximus reperiretur (i). Qua peſte abreptus ſine dubio eſt etiam noſter Starckius, qui diem ſupremum obiit A. CIↃ IↃC XXXVII, quo peſtis furor maximus erat. Interim illa Confeſſionis Auguſtanae ſolennitas peperit tres orationes ſacras, a Starckio tunc habitas, poſteaque typis traditas, ex quibus ſatis apparet, eum non ſolum facultate perſpicue et grauiter dicendi ualuiſſe, uerum etiam in linguis eruditorum et controuerſiis Pontificiorum egregie uerſatum fuiſſe (k).

WOLFGANGVS ERNESTVS TÜNZELIVS, quem ordo tangit, natus eſt Vinariae A. C. ∞ IↃC X, d. 12. Dec. Cum primum in ſchola Dreſdenſi, deinde in Torgenſi literis imbutus eſſet A. C. CIↃ IↃC XXVII, biennio poſt Vitebergam, et hinc Lipſiam poſt unum alterumue annum abiit in academias, in quarum poſteriori Philoſophiae Baccalaureus et Magiſter A. C. CIↃ IↃC XXX renuntiatus, profectus eſt Ienam, ut hic quoque doctrinae ſuae quaereret incrementa. Poſtea dignitatem Comitis Palatini Caeſarei adeptus, facultatem Doctoris Theologi inſignia ſuſcipiendi Ienae obtinuit A. C. CIↃ IↃC XXXV d. 30 Aug. quae etiam tertio anno poſt d. 14 Iulii accepit, cum

(h) Videat. Autor Chron. MSC. C. S. B. G. R. ad annum 1630.

(i) Vt Ioh. Bauerus ciuis illo tempore Torgauienſis et nauigator tradit in Chron. ſuo MSC. quo uitae ſuae annos perſequitur.

(k) Titulus eſt: Vexillum Iubilaeo-Euangelicum, d. i. Evangeliſches Lutheriſches Jubel-Fähnlein, geſchwungen zu Torgau, oder 3 Evangeliſch Lutheriſche Jubel-Predigten auf das groſſe Jubel Feſt, ſo für die wunderbare Erhältnis der reinen Lehre, ſo für 100 Jahren, zu Augſpurg bekennet, gethan zu Torgau von D. Seb. Starcken, Pfarrern und Sup. daſelbſt. Wittenberg 1630 in 4. Tractatus hic Senatui et ciuitati Torgauienſi dedicatus eſt.

cum antecedente anno Paſtor et Praeſul Torgauienſis delectus eſſet. Namque die lunae poſt Dom. I. Adu. A. C. ∞ IϽC XXXVIII illud adiit, quo anno nuptiae frequentiſſimae fuiſſe dicuntur Torgauiae, quod plerique incolae uel uxorem uel maritum peſte prioris anni amiſiſſent. Et ut uitae eius quaedam addamus memorabilia, A. C. CIϽ IϽCXXXXIII et ſequenti multas ei reperio interceſſiſſe lites cum diaconis, propter uarios reditus mutabiles. A. C. ∞ IϽCXXXXVIII mulcta Torgauienſibus, quietem diei Dominicae turbantibus labore, dicta eſt, qui quidem opus facere ſolerent manibus, ſex groſſorum, duplicata uero iis, qui equis uehi conſueuiſſent. Inſtitutum ſimul, ut more aliorum templorum conſtituerentur, qui, quoties oratio ſacra haberetur, nummulum a ſingulis auditoribus colligerent. Sicuti autem A. C. CIϽ IϽCLVII tectum aedis S. Nicolai, pridem uaſtatae, abſumtum eſt incendio, quo quinque homines una periere: ita A. C. CIϽ IϽCLXI, d. 27. Sept. diem ſolennem inſtituit Tünzelius, quo Deo immortali gratiae agerentur pro turre arcis maiore (dem Flaſchen-Thurm) inſtaurata et exaedificata (l), quemadmodum etiam pacis Weſtphalicae cauſa anno ſeculi quinquageſimo ſolennitas eius generis acta eſt. Noſter uero diem ſupremum tandem uidit Torgauiae A. C. CIϽ IϽCLXII d. 30 Mart. aetatis quinquageſimo ſecundo, ipſo die Paſchatos, et corpus eius, ſolennibus exequiis peractis, in templo B. Mariae ſepultum eſt (m).

Sequitur ENOCHVS HIMMELIVS, qui uero uix quatuor annos et nonnullos menſes praefuit huic muneri ſacro. Natus erat Durlaci, in Marchionatu Badenſi. Philoſophiae Baccalaureus A. C. ∞ IϽCXXX et tertio anno poſt Magiſter creatus, primum conſtitutus eſt Eccleſiae Orlamundenſis Paſtor

(l) Vt autor Chron. MSC. C. S. R. D. G. Cap. 7. de magnitudine et ſitu urbis tradit.

(m) Hoc teſtatur Bauerus in Chronico iam allegato. h. a.

ſtor et Praeſul A· C· ∞ IↃ C XXXVIII. Hinc anno ſequenti poteſtatem Doctoris Theologi inſignia ſuſcipiendi conſecutus, quae annus inſequens tulit, Antiſtes Cizenſis A· C· ∞ IↃ C LI. et eius ſeculi anno ſexageſimo ſecundo Torgauienſis delectus eſt, d. 25. Maii oratione ſacra explorationis cauſa habita, et inauguratus a magno Calouio d. 10 Iun. (n) Extat quoque muneris hic laudabiliter geſti monumentum, Diſputatio (o), quam dicunt, Synodalis de conſociatione Lutheranae et Caluinianae religionis, quam praeſide Himmelio defendit Petrus Paulus Niſchka, eccleſiae Neidenſis Paſtor (p). Quo uero amplior de eo ſpes omnium fuit, eo maior fuit dolor omnium bonorum, quem ex eius morte praematura concepere (q). Quanta enim et linguarum et doctrinae diuinae, uel exponendae, uel e Dei uerbo ſtabiliendae, cognitio in Himmelio fuerit, ex eius monumentis, in lucem editis, ſatis apparet (r).

Eodem

(n) Reliqua uitae eius refert concio funebris in eius mortem habita: quae hoc inſcripta titulo in lucem edita eſt: M· Frid. Sculteti, Archid. Torg. Seelige Sterbe-Kunſt des Iſraelitiſchen Königs und Mannes GOttes Davids, ex Pſ XXXIX. 6. bey der Sepultur D· Wolffg. Ern. Tünzelii P· et Sup. zu Torgau, deutlich erkläret, Viteb. 1664. in 4. pl. 12.

(o) De ſcriptis eius innotuerunt mihi: Muſarum Pegaſus et Hippocrene, i. e. Oratio de ingenii humani natura uarietate et praeſtantia, it. Diſp. de occultis qualitatibus Lipſ. 1629. in 4. Diſp. Theol. de eccleſ. Praeſ. D· Wilh. Lyſero. Witeb. in 4. Πανοπλία Caluiniſtica proſtrata, h. e. Diſſ. Theol. contra abſolutum Electionis et Reprobationis decretum Praeſ. D· Io. Himmelio Reſp. pro Lic. M· Wolfg. Ern. Tünzelio Ienae 1635. in 4. plag. 5. de uiſibilitate et inuiſibilitate eccleſiae, Praeſ. D· Wilh. Lyſero Vit. in 4.

(p) Hoc C·S·D·G·R· in Chronico ſuo.

(q) Er ſtarb 1666. den 12. Sept. an der rothen Ruhr, ut Bauerus in Chron. ſuo annotauit. Reliqua uitae eius referuntur in Chriſtoph. Henr. Löberi Hiſt. Eccleſ. quae Ephoriam Orlamundanam deſcribit, Ienae 1702. in 8. p. 198. ſq.

(r) Scripta eius annotata ſunt ſequentia: Χειροθεσίας Dauidicae ſ. Pſalmi CX. Explicationis Theologicae Sect. I. quae de diuina Chriſti exaltatione agit Praeſ. D· Sal. Glaſſio, Ien. 1638. in 4. pl. 16. Diſputationes de diſciplina eccleſiaſtica, it. de uera religione Abrahamitica. Bonae fidei poſſeſſio aeternae ſalutis, eine Leichen-Predigt auf Joh. Ernſt Anckelmannen, Decanum zu Zeitz 1662. in 4. pl. 9. Sicherer

Durch-

Eodem, quo Himmelius mortuus est, anno, est in eius locum suffectus PAVLVS HOFMANNVS. Quem Vratislauia A. C. ∞ IↃCXXX. d. 31. Octobris genuit et in gymnasio Mariae Magdalenae literis imbuit. Hinc Vitebergam dimissus in Academiam A. C. ∞ IↃCXXXXVIII. quarto anno post artium magister creatus, Iohanni Georgio Duci Saxoniae, qui postea in Principis Electoris dignitate Iohanni Georgio II. Patri successit, praeceptor est A. C. ∞ IↃCLV adiunctus, qui in diuina doctrina, bonisque literis eum erudiret. Id quod deinde ipsi uiam parauit ad maiores dignitatis gradus. Hinc potestatem Doctoris Theologi insignia capessendi nactus est Vitebergae A. C. ∞ IↃCLXIII. Hinc biennio post Capituli Wurzensis Praepositus constitutus. Hinc ipsum Antistitis Torgauiensis locum obtinuit A. C. ∞ IↃCLXVI. tertio anno post Doctoris Theologi nomine ornatus. Adiit uero Torgauiae munus grauissimum anno sequenti d. 5. Maii, Dominica Cantate primum oratione sacra habita, sed demum post quinquennium a Calouio iustis ceremoniis inauguratus. Saepius illis temporibus aula Principis morabatur Torgauiae. Quo pacto Hofmannus et innotuerat Torgauiensibus, et postea quoque gratia Principis fruebatur. Cuius indicium luculentum fuit non solum, quod A. C. ∞ IↃCLXXIII. exeunte cum Principe Ioh. Georgio, cuius studiis praefuerat, peregrinari iuberetur, sed etiam splendidis augeretur reditibus, quos caperet Zizerodae, in uicino pago, et ad posteros etiam iure transmitteret. Sic multis modis beatus Torgauiae id studuit, ut suorum quoque auditorum et ecclesiae ministrorum sibi subiectorum amorem sibi conciliaret omni modo. Quo pertinet illud, quod singulare in eo uidetur esse. Cum

E enim

Durchgang durch grosse Wasserfluthen der gläubigen Seele, ex Ps. XXXVII. u. ultime Leichen-Predigt auf Richard Mehrhof von Halterberg Canonicum zu Zeitz, ibid. 1660. in 4 pl. 14. de Antichristis praeter primarium in ecclesia uisibili plurimis in 8. Saracenica Arabice conscripta in 8.

enim A· C· ∞ IↃCLXXV. infans ei naſceretur, omnes et ſingulos Paſtores eccleſiarum ſibi ſubiectos literis ſcriptis rogauit, ut natum ſibi infantem ex lauacro ſacro ſuſciperent (s), qui ſinguli Ioachimicum colligentes officio ſuo defuncti ſunt per Schulzium, ſenem uenerabilem et Archidiaconum ad id delectum. Qui quidem poſt biennium octogenario maior una cum Collega Georgio Amende, qui aetate fere illi par fuit, ex uita exceſſit. Sed Noſter, praeter alias felicitates plurimas, de hoc quoque impenſe laetatus eſt, quod A· C· ∞ IↃ LXXVI. d. 7. Iunii Principe Electore Torgauiae ſolennia non ſine pompa celebrarentur, arceſſitis Lipſienſibus et Vitebergenſibus Theologis et praecipuis aulae miniſtris, propter Formulam Concordiae, ante ſeculum eodem loco confectam. Quae ſolennitas ut eo ſplendidior eſſet, aedificium Lycei Torgauienſis eodem tempore, reparatum, ornatius inſtructum, et ab Hofmanno dedicatum eſt oratione habita Latina, cui reliquiſque patronis etiam a Rectore Scholae Reichmanno publicae gratiae actae ſunt oratione peculiari, quae typis commiſſa eſt (t). Sed neſcio quid fuerit cauſae, quod gratia Principis Electoris Saxonis Ioh. Georgii III. excideret Hofmannus. Aiunt, ſeueritatem diſciplinae in diſcipulo exercitam, in cauſa fuiſſe, ut, ea non parum offenſus, offenſaeque memor, Princeps, cum ad Saxoniae regimen accederet, omni modo id ageret, ut honeſto titulo dimitteretur Hofmannus. Qua ratione

(s) Hoc refert C· S· in Chron. MSC· hoc anno.

(t) Titulus illi inſcriptus eſt: M· Iac. Reichmanni Rectoris oratio Eucharistica iuxta illud Num. 21. 8. Dis iſt der Brunn, den die Fürſten gegraben haben, die Edlen im Volck haben ihn gegraben, durch die Lehrer und ihrer Stäbe, circa inſtaurationem Scholae Torgauienſis et auditorii noui iam iam occupandi pro auſpicandis lectionibus Torgae in fol. Continet haec oratio breuem Scholae Torg. et illius Rectorum hiſtoriam. Qua uero ratione Iubilaeum propter formulam concordiae inſtitutum et celebratum ſit, refert C· S· D· G· R· in Chron. MSC· D· Hofmanni oratio ſacra in Phil. II. 1. 2. hoc Iubilaeo habita, eodem anno Torgauiae edita eſt, in 4 pl. 12.

ratione factum, ut ualedicens Torgauienſibus d. 23. April. A· C· ∞ IↃCLXXXII. Thorunii in Boruſſia primum Gymnaſio Rector, deinde mox templo Mariano Paſtor et Miniſtris eccleſiae Senior praeficeretur. In quo munere adminiſtrando ſe praebuit fidelem, donec A· C· ∞ IↃCCIIII. d. 18. Mart. anno aetatis ſeptuageſimo et quarto ex hac uita migraret (u).

Hofmanni autem abeuntis locus attributus eſt CHRISTIANO HOFKVNZIO. Qui, cum A· C· CIↃIↃCLI. Sagani in Sileſia hanc lucem uidiſſet, primum in Schola Zittauienſi, inde ab anno ∞ IↃCLXII. per biennium, poſtea in Vratiſlauienſi, denique in Leucopetrenſi A· ∞ IↃCLXXII. bonis literis incubuit, donec Lipſiam in academiam proficiſceretur anno CIↃIↃCLXXII, ubi anno ſecundo liberalium artium Baccalaureus et tertio magiſter renuntiatus, dignus uiſus eſt, qui A· C· ∞ IↃCLXXVII. Archidiaconi Torgauienſis locum obtineret, die 6. Decembr. ſanctiſſimum munus ſuſcipiens rite, quod legitimis ceremoniis fidei eius d. 2. Dec. commiſſum erat. In quo eum ſe geſſit, ut, cum Antiſtitis locus uacuus eſſet, omnes eodem dignum exiſtimarent Hofkunzium. Quem, oratione ſacra ſpeciminis loco d. 15. Maii habita probatus, decimo tertio abhinc die occupauit, rite inauguratus d. 15. Iun. Vt autem eundem eo magis ornaret, A· C· CIↃIↃCLXXXVII. d. 16. Dec. Doctoris Theologi dignitatem ſuſcepit Vitebergae, eam conſequendi poteſtatem anno praecedenti nactus. Sicut autem mors chariſſimae coniugis muneris ini-

(u) Vita eius reperitur in M· Joh. Weiſſens, Predigers in Thoren, unter dem Bilde des Leuchters im Hauſe GOttes vorgeſtellten Lehrer, d. i. D· Paul Hofmanns, Paſt. und des Miniſterii Senioris Leichen-Sermon I. Tim. I. 11. ſ. Thoren 1704. fol. pl. 22. Vid. quoque Noua Literaria Maris Baltici 1704. p. 83. et Pippingii Memorias Theologicas, p. 93. qui quoque Catalogum eius ſcriptorum ſatis longum annectit, inter quae, praeter quaſdam Diſputationes et conciones funebres, memoratu dignum eſt illius Torgauiſches Iubilate, Torgau 1671. in 4. quod breuem Torgauiae hiſtoriam continet, ut et eiuſdem Torgauiſcher Catechiſmus, Dreßden und Leipzig 1676. in 8.

tium reddidit ei funeſtum: ita idem non caruit difficultatibus, probatiſſimis collegis eum deſerentibus. Ita M. Io. Dauid Schwerdtnerus, cui Archidiaconi locum conceſſerat, Pirnenſis eccleſiae Praeſul conſtitutus eſt A. C. CIƆ IƆ CLXXXVII. Ita Io. Andr. Gleichius Diaconus, A. C. ∞ IƆ CLXXXXVI. Dreſdam commigrauit, ut regi potentiſſimo a concionibus ſacris eſſet. Ita denique huius ſucceſſor M. Chriſtianus Weiſius, Lipſiam euocatus eſt, poſt triennium, ubi paucis abhinc annis Paſtor Thomanus uita defunctus eſt. Creuit igitur collegarum diſceſſu Hofkunzio labor, qui non parum auctus eſt, ex quo Regina Poloniarum Potentiſſima Chriſtiana Eberhardina aulae ſuae ſedem per aliquod tempus fixit Torgauiae. Huic enim Reginae clementiſſimae praeſto fuit, et in aliis officiis ſacris et in ipſa Sacrae coenae adminiſtratione una cum Carpzouio, qui ei a concionibus diuinis fuit primarius, anno CIƆ IƆ CCI. et ſequenti. Clementiae quoque regiae, quam Iudaei ad Chriſtum, Seruatorem optimum, ſe conuertentes, ſolebant implorare et ſectari, tribuendum, quod ſeculi noſtri quinto, ſexto, et decimo et ſinguli et eorum totae familiae aqua diuina a Noſtro abluerentur. Illud uero etiam memoratu dignum, quod ſeculi prioris anno octogeſimo octauo, initium factum eſt Torgauiae, ex decreto ordinum Saxonicorum in comitiis facto, in templo explorandi profectus puerorum et puellarum, quos in doctrinae diuinae elementis feciſſent, quo in negotio autoritatem et operam Hofkunzii quoque interceſſiſſe non dubitamus. Fuit profecto uir autoritate grauis et fere ſeueritati propinquus. In magna quoque nominis autoritate mortuus A. C. ∞ IƆ CCXII. d. 30. Nou. cuius exequias ſolennes oratione accurata deſcripſit, qui annales Torgauienſes autoris continuauit, ſub literis C. S. D. R. G. latentis (x).

Ordo

(x) Ex ſcriptis eius reperiuntur: Diſſert. Philoſ. de unione mentis et corporis humani, Lipſ. 1667. in 4. Evangeliſche Glaubens-Rechenſchaft von den

Ordo tangit IO. CHRIST. BVCKIVM, Grafenhaynensem, qui literis imbutus primum Torgauiae, in iis inde ab anno CIↃ IↃCLXXXXIII ita profecit Vitebergae, ut post quatuor annos artium magister declaratus, cum etiam Lipsiae literarum studia continuasset, ordini Philosophorum adiungeretur. Hinc anno seculi decimi sexti postremo ecclesiae Torgauiensis diaconus, et anno CIↃ IↃ CC XII Antistes rite constitutus, statim facultatem adeptus est summos Theologi honores consequendi, quos etiam tertio anno post suscepit Vitebergae. Non uero minus Torgauienses amans, quam ab iisdem amatus est, tamen Dei sui uoluntati obsequutus est, regioque mandato, quod eum Dresdam auocauit, ut Reginae religiosissimae esset a concionibus primus. A. C. CIↃ IↃ CC XXIII igitur, d. 23. Mart. discedens, uix decem et octo menses grauissimo praefuit muneri, repentina et praematura morte abreptus anno quinquagesimo et secundo aetatis anno. Cuius uitam ut breuius enarrem, et aliae mouent me causae, et inprimis, quod iam mihi otium fecit Io. Andr. Gleichii diligentia (y). Iubet etiam me festinare argumenti amplitudo, et pagellarum harum angustia. Quocirca pauca dicemus etiam de successore

MICHAELE LINDA, qui A. C. CIↃ IↃ CC XXIII munus Antistitis suscepit, de cuius uita nuper admodum prodiit in lucem commentatio (z). Illud modo liceat hic commemorare, Lindae imaginem mihi ante oculos ponentem, me istam uix breuius, uix aptius pingere posse, quam si dicam, fuisse

 in

den vornehmsten angefochtenen Glaubens-
Artickel der Evangel. Christen, wider alle
von den Papisten eingemengete Scrupel er-
läutert, Lips. 1677. in 12. Lehr und Wehr-
Catechismus zur Befestigung der Evange-
lischen Religion, und Abwehrung der Päb-
stischen und Calvinischen Irrthümer. Lips.
1680. in 12. Der hochgelehrte und geehrte
Jurist aus den Worten Pauli, Phil. III. 20.
bey Burgmeisters D. Christ. Herrmanns
Leichenbestattung, Torgau 1683. in 4. pl. 7.

(y) Im andern Theil der Churfürstl. Sächs. Hofprediger-Historie p. 585-595. in qua etiam scripta eius memorantur.

(z) M. Mich. Heinr. Reinhardi Commentatio de uita Mich. Lindae, Torgauiae 1739. in 4.

in uiro animum pietatis ſtudio feruentem, et omnia humana, imo ſe ipſum ſic deſpicientem prae diuinis, ut ſolum Deum ſolumque coelum et cogitare et meditari et concupiſcere maxime uideretur. Vtriuſque uirtutis documenta et exempla ut afferam, quae nondum uideo commemorata, ſaepe audiui uirum et uitia ſeculi reprehendentem et religionem noſtram ſanctiſſimam a pontificiorum iniuriis tam ſtrenue tantoque animo uindicantem pro roſtris ſacris, ut omnium auditorum animos cohorreſceret, et eorum nonnulli quoque de uitae periculo oratori timerent. Neſcio autem, quomodo factum, ut impune diceret, quicquid ei uideretur, imo non raro eorum, licet uirorum ſummorum, quos caſtigaret, gratiam obiurgatione ſibi conciliaret. Ita habeo compertum, cum adhuc aulae Altenburgenſi eſſet a concionibus ſacris, et Bachanalibus actis quaedam turpiter, quaedam fierent libidinoſe, Noſter, paulo poſt aſcendens in ſuggeſtum, Seruatoriſque optimi, in Olìueto eiulantis, lacrimas cum intempeſtiuis aulicorum hominum laetitiis itentidem comparans, tanta uerborum ui et uehementia in libidinem et petulantiam aulae inuectus eſt, ut omnes eius cauſa, praeter ipſum plurimum metuerent. Sed quam non uana eius eſſet fiducia, in Deo ſuo collocata, apparuit paulo poſt, cum tantum abeſſet, ut Princeps Sereniſſimus liberiori eius offenderetur oratione, ut potius liberaliter a ſe dimitteret donatum, et alloquio gratiae et fauoris pleno proſequeretur. Quantus uero rerum humanarum ſuique ipſius fuerit contemtor, illud eſſe poteſt indicio, quod aulae Altenburgenſi publice ualedicens non dubitauit palam confiteri, nunquam in animum ſuum ſe induxiſſe, aut inducere potuiſſe, ut crederet fore, ut aliquo numero eſſet in hac uita: ſemper potius exiſtimaſſe, fata ſua nominis ſui lectione inuerſa ſignificari, quod, ſi retro legatur, AD NIL notaret. Itaque ita ſecum ſtatuiſſe, ſe ad nil natum factumque eſſe. Quam excellentem animi deſpicientiam pro-

procul dubio didicit in calamitatum ſchola, quas et in omni uita ſubiit plurimas et inprimis ſuſtinuit Altenburgi, unius alteriusque collegae inuidia plurimum preſſus et agitatus, ita ut etiam celebris ille Coberus (a) eius cauſam ſuſcipere et defendere neceſſarium iudicaret.

Sed tempus eſt, ut ueniam ad Celeberrimum TVVM, VIR MAXIME REVERENDE, Anteceſſorem, IOANNEM CHRISTIANVM STEMLERVM, Theologiae Doctorem digniſſimum. Cuius merita inſignia, uel in bonas literas uel in eccleſiam, cuius facundiam, quam orationibus ſacris ſolet omnibus intelligentibus comprobare, cuius denique dotes reliquas excellentes, quas uel natura, uel induſtria, uel Dei maximi bonitas et gratia diuina ei eſt impertita, uereor, ut aſſequar oratione. Malo igitur uirum uirtutibus ſuis eminentem, ſilentio religioſo uenerari, quam fruſtra pingere conari. Et uita eiuſdem luculenta oratione expoſita eſt tunc, cum Lipſiae doctoris Theologi inſignibus ornaretur, quae in omnium eſt manu. Itaque ne plane temporis notationes praeteream, hoc tantum moneo, acceſſiſſe Torgauiam uirum excellentem, ad Antiſtitis munus capeſſendum, A. C. ∞ IↃ CCXXXVIII. et poſt triennium ferme Leucopetram non ſine auditorum dolore magno diſceſſiſſe, ut in aula Principis Weiſſenfelſenſis oratorum ſacrorum eſſet ſupremus, reliquiſque muneribus grauiſſimis ſpendidiſſimiſque fungeretur. Talibus igitur tantiſque anteceſſoribus, VIR MAXINE REVERENDE, ſucceſſor adiunctus es, quorum plerorumque ueſtigiis praeclare inſiſtis, quod eorum exemplo doctoris Theologi honores ſuſcipiendi facultatem TIBI comparaſti. Et haec cauſa eſt, quare nos quoque laetemur, et quare noſtram quoque laetiam hac qualicunque commentatione ſignificandi quaeramus occaſionem. TIBI igitur pia uoce et religioſa mente inſignem illam dignitatem gratulamur, nihil magis optantes, quam

(a) Cabinets-Prediger.

quam ut eadem diu fruaris, et ita fruaris, ut cum dignitate felicitas omnis generis ſemper ſit coniuncta. Deus optimus maximus TIBI ſeruet ualetudinem firmam, robuſtam et conſtantem! Eius gratia TIBI conſeruet, augeatque eas ingenii animique dotes, quae hinc neceſſariae hinc utiles ſunt, ad grauiſſimum Antiſtitis munus ita gerendum, ut poſſis eodem nunquam non gaudere! Piis TVIS coeptis ſemper adſit ſuo et auxilio et praeſidio, et illis proſperos concedat ſucceſſus. Capiat ex TE et TVA dignitate omnis eccleſia plurimos uberrimoſque fructus. Sis ornamento perpetuo toti ciuitati Torgauienſi, quae de religionis caſtitate modo uindicanda, modo tuenda tam praeclare merita eſt! Nunquam audiaris a TVIS auditoribus ſine fructu et ita ſemper, ut Dei immortalis gloria et honor, audientium uero ſalus et amplificetur et confirmetur! Floreat, TE Praeſide, Lyceum Torgauienſe, quod tot uiros de eccleſia et republica bene meritos ingenti numero iam prioribus ſeculis formauit, fouit et produxit. Sis in ſenectute quoque decus literatae reipublicae egregium, in qua tot literarum monumentis nomen TVVM pridem innotuit! TVIS autem ſis quam diutiſſime gaudio et ſolatio! Videas porro filios TVOS, optimae ſpei, TE dignos, eoſque non ſine laetitia educes in patriae religioniſque utilitatem, TVI uero animi oblectationem! Nobis autem, ut de nobis quoque ultimo loco uerba facere liceat, ita praeſis diu et feliciter, ut nunquam TE noſtrorum poeniteat, ut eccleſiae omnes et ſingulae, TIBI ſubiectae, per complures annos de TE Antiſtite ſibi poſſint gratulari, et ut nos ne minimam quidem offenſionem TVAM unquam, quia TE non offendi confidimus, niſi eo, quod Deo diſplicet, incurramus. Et quemadmodum audiuimus, de nobis TE ſolere gloriari, quod TIBI ignotus ſit Dei miniſter fidei TVAE curaeque ſubmiſſus, uitae uitiis infamis: ita optamus, ut Deus optimus TIBI hanc gloriationem ſeruet perpetuam et ſempiternam. Dabimus certe, Deo iuuante, operam, ne hic fauor erga nos TVVS unquam mutetur. De noſtra enim fide, ſumma animi ueneratione et pietate, qua TE et merito et libentiſſime proſequemur, nunquam TIBI erit conquerendi cauſa. Noſtra enim in TE pietas non ſolum eſt officii noſtri debitum, ſed etiam amoris conſtantiſſimi index, qui firmiſſimum pietatis eſt fundamentum.

Dedi. III Iduum Iulii A. C. ∞ IↃCCXXXXIIII.